

Crown
 Prince
 of
 Denmark

Nos FREDERICUS DEI GRATIA DANIAE,
 NORVEGIAE, VANDALORUM Gothorumque Prin-
 ceptus Hereditarius, Dux Sverrii, Holsa-
 tiae, Stormariae atque Ditmarsiae, Comes
 in Oldenburg et Delmenhorst. pp. Univer-
 sis et singulis Christi fidelibus, quos in-
 frascripta tangunt, seu tangere possunt
 quomodolibet in futurum, salutem!
 Cum post graves et varias consultationes
 et tractationes conventum, concordatum
 et conclusum sit inter Serenissimum
 et Potentissimum Principem, Christianum
 Sextum, DEI GRATIA, Regem DANIAE, NOR-
 VEGIAE, VANDALORUM Gothorumque, Ducem
 Sverrii, Holsatiae, Stormariae atque Diti-
 marsiae, Comitem in Oldenburg et Del-
 menhorst. pp. Dominum et Patrem No-
 strum omni honoris et pietatis cultu
 prosequendum, ex una, et Serenissi-
 mum ac Potentissimum Principem
 Georgium Secundum, DEI GRATIA

Magna Britannia, Francia et Hibernia Regem, Fidei Defensorem, Ducem Brunovicensem et Luneburgensem, Sacri Romani Imperii Archi-Treasurarium et Electorem, ex altera Parte Divina favente clementia, quod inter Nos et Serenissimum Principem, Dominam Ludovicam, Filiam legitimam natam quintam dicitur Regiae Suae Majestatis Magnae Britannia, matrimonium verum, purum et legitimum contrahatur, et in facie Ecclesiae propriis personis rite celebretur, quam primum id commode fieri poterit. Et quod interim, quia Nos praesto esse impediamur, Sponsalia in debita Juris forma, per verba de presenti, Hannoverae, per Procuratorem Nostro nomine celebrarentur. Et cum Nos Serenissimum Principem Guilielmum, Ducem Cambriae, Ducemque Brunovi-

cenorium et Luneburgensium, amici
 rogaverimus, ut Nostro nomine dicta
 Sponsalia contrahere velit, cui roga-
 tioni assentire Princeps hieco digna-
 tus sit; Ideo Nos per presentes faci-
 mus, ordinamus et constituimus
 dictum Serenissimum Principem
 Guilielmum, Ducem Cumbriae, Nostrium
 verum, indubitatum et legitimum
 Procuratorem ad contrahenda et cele-
 branda Nominis Nostri Sponsalia,
 per verba de presenti, in quacunque
 Ecclesia, Capella, vel loco celebri, Han-
 novera, coram publicis et pluribus per-
 sonis ad hoc convocatis, cum dicta
 Serenissima Principe Domina Ludovica,
 in tam amplis modo et forma, ut Jura
 Ecclesiastica requirunt vel exigunt,
 cum plena potestate, omnia alia et
 singula faciendi, exercendi et expe-
 diendi, quae ad confirmanda vel sta-

blinda dicta sponsalia necessaria fuerint, sive opportuna, promittentes Nos ratum et firmum habituros quicquid dictus Srenissimus Princeps Dux Cambriae fecerit in pramissis. In quorum fidem presentes manu Nostra subscriptas sigillo Nostro firmari iussimus. Tabantur Drage die secundo mensis Novembris Anno Millefimo Septingentesimo quadragesimo tertio.



Friderich

Procuratorium

2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

[Faint, illegible handwriting]

[Faint, illegible handwriting]



Procurator du Prince
Royal de Danemarck; à
S. M. R. M^{re} & Duc de
Cumberland, pour épouser
en son nom S. A. R. M^{re} les
Princesses Louise
le 2^e de Novembre,

1743.

Procuratory of the
Prince Royal of
Denmark, to H. R. H.
the Duke, for marrying
the Princess Louise.
Drage; November 2^e

1743.